# Band XI., Nr. 5165, Seite 162-163

*König Albrecht bestätigt der Stadt Hall das von König Rudolf ihr verliehene* privilegium de non evocando.

## Rothenburg, 1298. September 21.

Albertus dei gratia Romanorum rex semper augustus universis et singulis sacri Romani imperii fidelibus ad quos presentes pervenerint gratiam suam et omne bonum. In nostre maiestatis presentia constituti prudentes viri cives de Hallis fideles nostri dilecti quoddam privilegium ipsis per dive recordationis Rudolfum quondam regem Romanorum genitorem et predecessorem nostrum concessum et traditum nobis exhibuerunt humiliter supplicantes ut idem ipsis privilegium indulgere innovare et confirmare de benignitate regia dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor per omnia talis est: Rudolfus *usw. Es folgt der Bd. 7 S. 417 gedruckte Text (Nr. 2560).*<br> <br> Nos dictorum civium propter sue fidelitatis obsequia quibus nobis et imperio astringuntur gratiose precibus annuentes prenotatum privilegium et contentas gratias in eodem ipsis concedimus approbamus innovamus et scripti huius patrocinio confirmamus, nolentes ut aliquis hanc nostre confirmationis paginam sicut indignationem nostram evitare voluerit ausu temerario violare presumat. In cuius rei testimonium has litteras maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.<br> <br> Datum apud Rotemburch, XI. kalendas Octobris, anno domini MCCLXXXXVIII., indictione XII., regni vero nostri anno primo.

—

An roten und gelben Seidenfäden das Majestätssiegel.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
H 51 U 154

**Regesten:**
Regesta Imperii Kaiserreich, S. 203, Nr. 51.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Rothenburg

**Aussteller:**
Albrecht I.; König, Herzog von Österreich

**Ortsindex:**
Rothenburg ob der Tauber, AN<br> Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)<br> Schwäbisch Hall, SHA